







1762 4

ORDINIS IVRIDICI PRODECANVS  
GEORGIVS LVDOVICVS  
BOEHMER D.

VIRI GENEROSISSIMI  
HENRICI DE DOERING

LVNEBVRGICI

SOLENNIA INAVGVRALIA

INDICIT

PAVCA PRAEFATVS

DE

IVDICE CVRIAE FEVDALIS



---

GOTTINGAE

EX OFFICINA SCHULTZIANA, Curante FR. ANDR. ROSENBSCH.

c1010cclxii.

ORDINARIUS HIERONIMUS  
GEORGIVS LABOYNS  
DOLLMEYER D.

FRATRES GENTILITATIS  
HENRIKUS DE DOLLMEYER

SOLENNIS IN VERNALIS

INDICTIO

IN VERNALIS

INDICE CRISTE FELICITATE



—————  
COTTENBERG

IN VERNALIS





I.

Iudiciorum duo genera apud Germanos quondam floruisse, *Eigen-Gerichte* & *Frey-Gerichte*, eorumque prius ex *dominii iure*, posterius ex *imperii iure* natales ducere, priorisque speciem esse *iudicium feudale*, coniectura est viri illustris CHRISTIANI HENRICI DE SENCKENBERG. a) Sed quaecumque fuerit illi us distinctionis ratio: certe iudicia feudalia ex *dominii iure* repeti non possunt. Sunt quaedam iura potestatis Domini directi extraiudicialis, quae *ex dominio* & si rectius sentiendum, *ex contractu feudali* originem dicunt. Damus ex eo venire ius exigendi seruitia: sed & illud dandum est, ius violatam fidem priuatione iuris vindicandi & quidquid est iuris cogendi, id esse *iurisdictionis*: nec minus dandum est, ubi de *iuribus* & *obligationibus* ipsius *domini*, de tribuenda inuestitura, de fide expectatiuae praestanda, de *iuribus agnatorum* & *inuestitorum*, de feudi successione vel alienatione, alienatiuae reuocatione agitur, in his definiendis nullas esse *dominii* partes sed *imperii* & *iurisdictionis*. Si animum ad *origines feudorum* aduertimus, quibus feuda

a) Von der Kayserlichen höchsten Gerichtebarkeit in Deutschland §. 2.





da vix ab aliis data esse nouimus, quam a regibus aliisue, quibus ad defensionem terrarum opus erat *seruitiis militari- bus*, ab illis inquam, qui potestate & iurisdictione iam pollebant; ratio non alte repetenda est iurisdictionis in eodem competentis, quos sibi beneficiaria lege obnoxios reddiderant. Quae res effecit, vt iuris ordinarii haberetur, feudi dominum, cui seruitia militaria debentur, iurisdictione pollere in causis feudalibus: neque enim defuerunt domini, eadem carentes, illi maxime, quibus ad alia quam ad militaria seruitia obnoxios habebant vasallos.

## II.

Iurisdictione domini in vasallos ita temperata fuit, vt fraudi esse non potuerit libertati vasallorum cuius insigne praesidium in eo positum est, quod in *consortio Parium* exerceretur, nec vasalli nisi a Paribus suis & aequalibus iudicari possent. *b)* Iurisdictione erat Domini feudi, sed eius *exercitium* ad Parium curiam adstrictum. Paribus *iudicandi auctoritatem* praestabat dominus, ipse vicissim non, quid sibi videretur, sed secundum *Parium sententiam* iudicaturus. Penes dominum erat iudicii auctoritas & directio, qua vel ipse praesens in curia Parium defungebatur, vel eius obeundae causa vicarium constituebat. Is *iudex curiae* vocatur, vices domini feudi gerens in curia Parium dirigenda; subinde *Hofrichter, Lehnrichter, Mannrichter, Lehn Probst*, seu praepositus curiae feudalis appellatus. *c)*

## III.

*b)* 10. IAC. MASCOTIVS de Paribus curiae §. 16. seqq

*c)* Vid. 10. AD. KOPF de insigni differ. inter Comit. & Nob. im- med. p. 547. 10 FRID. SCHANNAT. in client. fuld. p. 7.





## III.

Constitutio Iudicis curiae non omnino arbitrii fuit : namque & causae legitimae interuenerunt, ex quibus curiam Parium per vicarium iudicem dirigere oportuit. Harum praecipua fuit, si causa, in curia tractanda, iura & obligationes ipsius Domini concerneret. IUS FEVD. ALEM. c. 120. *So der Herre mit siner Manne Lehnrecht thun will, so soll er einen siner Manne an sine Statt sezen.* Tuendae iudicii integritati non immerito tribues iustam cautelam, ne in causa propria feudi dominus ipse praesesset curiae. Itaque in litibus inter Dominum & Vasallum curia Parium sub moderamine *iudicis curiae* celebranda erat. Nec ipsi quidem domini feudi dubitarunt coram Vicario Iudice suo & Parium curia praesentes causam agere. In Charta de a. 1454. id exponit Iudex curiae Parium Fuldensium. *d) Ich Conrad Doring zu diesem mable ein gesetzter Richter an des Hochwirdigen Fursten und Herrn Herrn Reinhardt Abt zu Fulde und siner Stiftes Erbar Manne Gerichte bekennen, das fur mich und diese nachgeschribene Manne an ein gebeigte Gerichte kommen ist de obgenant mein gnediger Herre.* Eadem cautela constituendi iudicem curiae interuenit, quoties de iuribus & obligationibus inter Dominum & Vasallos *ex obseruantia curiae definiendis* agebatur, quod passim fieri solebat in prima solenni Vasallorum curia. Egregium eius rei exemplum occurrit in curia feudali *Episcopatus Osnabrugensis*, ex more veteri a. 1561.

*d) apud SCHANNATVM in Client. Fuld. N. DLIII. p. 353. Pariratione in charta de a. 1474. ibid. MCLVII. p. 261. Iudex Parium curiae recenset, ist derselbe mein gnediger Herr alsbald personlich vor Gericht erschynen und durch seinem angedingten Fursprecher reden und clagen lassen.*





1561. celebrata. In qua cum primum ageretur de iuribus, quibus reguntur feuda Olnabrugensia, secundum curiae obseruantiam definiendis, ipse praesens Dominus feudi Ioannes Episcopus rei rite agenda causa *vicarium curiae praesidem* constituit Hermannum de Amelunxen; dato simul procuratore, ex numero Vasallorum electo, ad iura domini in curia tuenda. e) Tandem iudicio ordinato vasallisque omnibus adcitatis, *Procurator* domini suggestit quaestiones, iura & obligationes vasallorum concernentes, quas *iudex curiae* in medium proposuit *suffragiis vasallorum* definienda. Quibus finitis, quae ad iura feudorum determinanda pertinere videbantur, solutoque iudicio feudali, *iudex Curiae* locum fecit ipsi Domino Ioanni Episcopo, solennia inuestiturae in curia vasallorum celebraturo.

## IV.

e) Documentum copiosam eius rei narrationem exhibens edidit LVNIGIVS in corp. iur. feud. rom. I. p. 1759. De constituendo iudice Curiae haec praesentibus vasallis proponebat Cancellarius Episcopi: Nachdem Ire Fürstl. Gn. dersewigen Kerchen und Stiffts hergebracht Sytte und Gewonheit ist, dissen Lehn-Dagh in gebürlicher Tidt und vp gewontlicher Malfstet angesetzt, vscriben und vorkundigen laren, und dem Folge tho doen itzt alhir Jegentwerdig weren, wolden ire Fürstl. Gn. thom Lehn-Richter die Tialangh des werenden Lehn-Gerichts-Dags vth den Lehn man Herren von Amelunxen erfordert und begehrt hebben. Darup er von Amelunxen geborsamlich vor ir Fürstl. Gn. up dem Gebeuwe erschehen, und mirhgebuhrender reuerenz nider knehende vor irer Fürstl. Gn. vp sein underdenigeste Bitten belenet, und Lebens-Pflichten und Eidt, wie der Canzler Ime die vorgeholden hen, wedder gedaen, und vp eine Banck, so up den Gebeuw, nba by dem Staffelen edder Treppen gestanden und darvo verordenet, sich vth irer Fürstl. Gn. Bevelch neddergesetzt, und so fort als Lehn-Richter vth den Mannen von Lehn Iohan Haken zu Schevendorff und Iafpen von Varendorp the Besitern opgefördert und begerdt, welche gelikesfalls up dem Sitze vor irer Fürstl. Gn. erschehnen, ire Belenonge empfangen und Lebens-Pflichtige gedaen, darnach sick by den Lehn-Richter einer thor Richter und der ander thor linckeren Seiden neddergesetzt.





## IV.

Ius constituendi iudicem curiae fuit Domini, cuius & ipse vices gerebat: modo constitueretur non suspectus & a studio partium alienus. Suspectum recusare licuit vasallo. *Ius feud. Alem. c. 120. Ist er im argwenig, er wegert sich sin wol mit Rechte.* Hinc praesertim in lite inter dominum & vasallum mota, *consensum vasalli in iudicem curiae exigere solenne fuit.* In iudicio feudali, inter Petrum Archiepiscopum Moguntinum & nobiles Ludeuicum & Henricum de Kindshausen super feudo castri coram iudice vicario curiae a. 1308. agitato eius rei exemplum occurrit: *f) Nobis itaque Hermanno, dicto Schelme, milite Vicedomino Moschaffenburgensi de mandato Dni Petri Archiepiscopi Moguntini praesidentibus in iudicio in ville Eltevil, quae est de proprio fundo ecclesiae Moguntinae in termino, ad quem ipse D. Petrus Archiepiscopus praedictus eosdem milites mandauerat in iudicium euocari, praefatus Ludouicus in nos tamquam in iudicem consensit, & pro Henrico fratre suo, absente contumaciter de rato sufficienter cauerat de iudicato soluendo, eo quod iudicatae rei pareret.*

## V.

Sed & ex Parium numero iudicem curiae esse oportet: *g)* namque & conuenire videbatur, iudicium Parium dirigi a convasallo, & ad iura partium pertinebat, non iudicari, nisi a paribus. Solenne fuit, ex ordinario numero VII. vel XII. vasallorum, quo constare solebat parium curia, vnum eligere curiae iudicem. Ad *seruicia vasallorum* iudicialia pertinuit hoc officii genus, vt indictis iudiciis adef-

*f)* in charta de a. 1308. quam exhibet VALENT. FERD. DE GVDE-  
NVS in *Codice diplomat. rom. III. p. 52.*

*g)* *Ius feud. Alem. cap. 120. ibi: cinen siner Manne.*





adessent, ad partes vel *assessorum* vel *iudicis curiae* obeundas. Existimavit SCHULTERVS, *b)* huius officii intuitu speciale feudum tubinde datum esse, eiusque Seruitium constituisse in praesidendo in curia vel capitulo, idque *Sess Lehn*, vasallumque, praepositi curiae partibus functurum, *Sessmann* appellatum esse, eoque pertinere formulam literarum inuestiturae Episcopi Spirensis: *daz wir unsern Stifte zu Nutze und zu Eren gewinnen und genummen hant Iohansen den Vogt zu Westelnheim denman spricht von Helfenslein zu einen Sessmanne also das er sitzen soll zu Z. in unser Statt, wenne wir oder unsere Nachkommen oder das Capitul von S. es an in vorderr.* Sed in his literis non de curia feudali, sed procul dubio de castro sermo est, in quo vasallum *residentialiam castralem* facere oportuit, quoties vel episcopus vel capitulum eandem exigeret, iure videlicet *feudorum castrensi*um. A *residentialia* seu *habitatione vasalli castrensis in castro* originem coepit appellatio *Sess Lehn*, perinde ut ipse vasallus, ad eandem *residentialiam* obstrictus, *Sessmann* dictus est. Quaestionem omnem conficit charta Theodorici Archiepiscopi Treuirensis de a. 1239. *i)* in qua officia comitum Luzelimburgensium, qua *Castrensi*um in Kilburch, designantur. *Item dictus filius comitissae & eius successores Comites Lutzillimburgenses castrenses nostri erunt in castro Kilburch, ibidem pro se militem locaturi, qui habebit ab episcopis Treuirensibus pro eo, quod vulgariter dicitur Sezleyn, quidquid sibi a Comite Lutzillemburgensi pro residentialia in dicto castro facienda fuerit assignatum.*

VI.

*b)* in Comm. ad *Ius feud. Alem.* c. 151. p. 456.  
*i)* in IO. NICOLAI AB HONTHEIM *historia Treuirensi diplomar. rom.* I. p. 725. De *residentialia castrensi* & feudis castrensiibus plura exposui in *diff. de iuribus ex statu militari Germ. dependentibus* c. II. §. 16.





## VI.

Iudex curiae rationem habet iudicis ad *certas causas iudicandas delegati*: neque enim indicta est parium curia, nisi causarum feudalium tractandarum ratione id exigente; neque iudex curiae datus est, quam quoties iusta causa dominum feudi eidem praesse impediebat. Praclare ad rem in curia Parium Fuldensi de a. 1454. Iudex curiae ad istam litem se datum esse agnoscit in formula sententiae: k) *Ich Conrad Doring zu diesem mable eingesetztter Richter an des Hochwirdigen Fursten und Herren, Herrn Reinhardt Abt zu Fulda und seines Stiftes Erbar Manne Gericht*. Iudicis partes non aliae fuerunt ac ipsius *domini feudi*, cuius vice fungebatur. Fuit penes eum *auctoritas*, & penes pares curiae rei tractandae & decidendae *iudicium*. Auctoritatem Iudex curiae interponebat in curia *vice & nomine domini feudi* ordinanda. Ordinato iudicio curiae praerat eamque moderabatur, nihil suo sensu suoque arbitrati statuens, sed requisitis semper *Parium suffragiis*, si quid erat agendum interloquendum statuendumue. l) Tandem causa satis instructa, Pares in suffragia ire iubebat, latamque ab illis sententiam *publicabat*. Publicatam sententiam in instrumentum publicum redigere solenne fuit, *subscriptioe sigilloue iudicis curiae*, vel etiam subinde *parium curiae* subscriptionibus sigillisue munitum. m)

## VII.

k) apud SCHANNATVM l. c. N. DLIII. p. 353.

l) Solennem modum iudicium feudale ordinandi & habendi explicuit IAC. FRID. LVDOVICI in *Lehn*. Pro *ess* integro cap. III.

m) Exemplum est in instrumento de a. 1308. apud VALENT. FERD. DE GVDENVUS in *Cod. diplom. rom.* III. p. 53. quo sententia iudicis curiae sigillis omnium Parium curiae munita exhibetur. Nos quoque milites praenotati *Ministeriales & fideles ecclesiae Maguntinae*





## VII.

Vidimus iudicem curiae in feudis prouincialibus. In feudis imperii eadem viguit obseruantia. Monendum tamen, iudicem curiae in negotiis imperii non in eodem semper significato occurrere: cum curiae vocabulum vnicuique iudicio tribuatur. n) Iudex curiae etiam is audit, qui praecerat iudicio curiae, ceu iudicio ordinario ad iurisdictionem vice imperatoris exercendam constituto. o) De quo hoc loco sermo non est, cum causae, feuda imperii & status imperii concernentes, numero fuerint causarum ab isto iudicio exemptarum, & cognitioni imperatoris immediatae reseruatarum. p) Loquor de iudice curiae, qui vice Imperatoris praecerat iudicio ex selectis Imperii Ordinibus conuocato ad causas feudales Statuum Imp. iudicandas: siquidem haec fuit imperii obseruantia, iurisdictionem imperialem in causis, feuda imperii concernentibus, exercendam esse ex consilio & iudicio tot principum & procerum imperii selectorum, quot opus esse videbatur ad curiam seu iudicium constituendum. Idque iudicium rationem habet Parium curiae, in qua ex moribus Germanorum a vasaillis ordinis aequalis iudicandae erant causae feudorum. Ad usum, morem, stilum & consuetudinem sacri imperii Romani, qua feudalis contentio per dominum feudi ac pares

praedictam sententiam unanimiter approbauimus & laudamus, utpote de nostro concordati promulgatum consilio. Consignantes praesentem cartulam nostrorum robore sigillorum in ampliore certitudinem praemissorum.

n) Vir Celeber, CHRIST. VLR. GRYPEN in obs. de iudic. Curiae p. 531.

o) Huius iudicii rationem & origines tradunt viri omni doctinae laude illustres, DE HARRPRECHT in Staats-Archiv des Cammergerichts. Part. I. HENR. BALTHASAR ELVM de Iudicio Curiae Imperialis Germanicae. DN. DE SENCKENBERG l. c. §. 14. f. p. Constit. FRIDERICI II. de a. 1235. & RUDOLPHI I. de a. 1287. in Corp. Reff. nouiss. tom. I. p. 25. & 36.





*pares curiae terminanda sit, prouocat Rex Romanorum SIGISMUNDVS in diplomate, q) quo imperii iurisdictionem in lite de Electoratu Saxoniae inter Fridericum Electorem Saxoniae & Ericum Ducem Lauenburgicum tuetur: addens quod ius in nostra caesarea maiestate & sacro imperio nostro & Paribus curiae nostrae respectu feudi talismodi merito debet illaesum seruari*

## VIII.

Curiam Parium procerumque imperii Imperator ipse praesens moderabatur, vel eidemque dirigendae *Judicem curiae* praeficiebat, prout vel ipsi commodum visum est vel id iusta causa exegit. Imaginem *iudicis curiae* & Principum Parium repraesentat *Cautio publica* de se sistendo in Parium curia, quam FRIDERICVS Saxoniae Elector dedit *Electo-ribus* in lite, sibi ab *Erico V.* de ducatu & Electoratu Saxoniae mota. r) Promittit *Fridericus*, se ea de re responsurum esse *Erico*, seque pariturum iudicato, quod *Sigismundus* vel *iudex curiae*, ab eo constitutus, ex sententia *Colectorum* laturus esset. Promittit, *das wir sollen und wollen zu Vertrage kommen vor unsyn egnent gnedigen Herrn Herrn Sigmunde Romischen Kunig - - - als einen Richter und Fra-ger*

q) de a. 1424. in IOACH. MÜLLERI *Reichstags Theatro sub Frider. V. P. 5. p. 465.*

r) quam exhibet 10. GOTTL. HORN in *Leben Churf. Friedrich des Streitbaren p. 333.* sub hac Cautione, *Electo-ribus* praefita, admittitur est *Fridericus* in collegium *Electo-rale*, vt docent literae admissio- nis *Moguntini electoris* de eodem anno *ibid p. 339.* *das wir als ein Churfürst mit Wissen und Willen anderer unser Mit-Churfürsten derselben Herrn Friderich zu unsern Mit-Churfürsten und in unsern Mit-Churfürsten Rath genommen und empfangen haben doch un- schuedlich solcher Brief (praedictae cautionis) als er uns und un- sern Mit-Churfürsten hat gegeben.*





ger, oder einen andern sinen Richter, denn er dan an sine Stat setzen wurde, als sich das von Rechts wegen zu thun geboret, und unser Liben Herren und Obemen Kurfursten, nemlich Ern Conraden zou Menze, Ern Otten zou Tryer, Herrn Dythern zou Colne, Erczbischoven, Herrn Ludewigen Pfaltzgrauen bie Ryne und Herczogen in Beyern und Herrn Friderich Margrauen zou Brandenburg --- als Ortheiler, also wann uns von Beiden Theiln, die das dann anruret, von den obgenanten unsern gnedigen Romischen Kunige oder synen Richter, als vorgeschrieben steet, in der nesten Iaresfrist nach datum disß Briffs tage fur sich und die obgenanten unsern Herrn und Obemen die Kurfursten gein Franckfurth oder gein Nurnberg bescheiden, und auch denselben Tage die obgenanten unsern Herrn und Oben die Kurfursten und uns beiden Theiln zowene Monate zuvor vorkunden und wissen lassen wirdet, das wir denne ungeverlich fur Sie kommen sollen und wollen, uns hinderte danne erbaftige Not, die wir danne furbringen solln als recht ist, und uns an Rechte gnuzen lassen nach beider Theile Rede Antworte und Furbringen und Orkunde und nach Gesezze Rechte und Freiheit des heiligen Richs, und was also von denselben Unsern Herrn und Obemen den Kurfursten zou Rechte gesprochen und erkant wirdet, es were von der Kur oder des Landes zou Sachsen wegin, das solln und wollen wir ganz und unuerprochlichen balden thun und vollenfuren. s) Caelari, vel Iudici Curiae, ab eo constituto,

\*) Promittit porro Fridericus Elector in sine eiusdem cautionis, si forte intra annum praedictum Sigismundum mori, nullumue ab eo iudicem curiae ordinari contingeret, und auch keinen Richter an sine Statte setze als sich danne von Rechts wegen zu thun geboret, so citatum compariturum coram iudicio coelectorum sententiaeque eorumdem esse pariturum, wann uns danne noch Vt gang der Jahres Friste in dem nesten Iare dornoch folgende Unser obgenante Herrn und Obemen, die Kurfursten, vor sich bescheiden, so solln und wollen wir in obingeschriebene





to, partes iudicis *eines Richters und Fragers*, Electoribus seu Paribus in causa Electoratus partes iudicantium *der Vrtheiler* tribuuntur, ex obseruantia moribus Germaniae exacte congruente.

## IX.

Quamquam ad arbitrium imperatoris pertinuisse videatur, vtrum ipse tam splendidae curiae Parium procerumque imperii praeesse, an vero iudici vicario, ex numero Procerum imperii electo, hanc spartam committere placuerit: huius tamen constitutio ex obseruantia imperii necessaria videbatur, quoties in curia Parium agebatur causa, iura ipsius *imperatoris* quomodocunque concernens. In Parium curia, in causa inter Aduocatum de Hunolstein & Comitem de Spanheim nec non Rupertum Seniore Comitem Palatinum, *praesidente ipso imperatore Carolo IV.* a 1353. celebrata, illius obseruantiae memorandum exemplum occurrit. Mota erat in hac lite quaestio incidens: vtrum vasallus Principis electoris coram alio ac ipso Domino feudi conueniri possit? Quae cum non minus ipsius imperatoris, qua Bohemiae Electoris, iura concerneret, Imperator ex principum sententia, dimissis partibus *Supremi curiae iudicis, vicarium iudicem curiae* constituit. 1) *Dofragten wir die Kurfürsten umb, die bey uns sazzen, den Erwürdigen Fürsten Herrn Gerlachen Erz-*  
ein

*lene Masse vor sie kommen, und was sie danne erkennen, das wir in der Sache billich und von Rechte nach dem, als wir den heiligen Riche und yn gewand sin, thun sollen, das wollen wir alsdanne voffswen balden und thun.*

2) Diploma exhibet IO. SCHILTERVS in comment. ad ius feud. Alem. c. 120. p. 416. & CAR. LVD. TÖLNERVS in histor. Palat. in cod. dipl. N. 141. p. 91.





bisch. zu Mentze und den Erwürdigen Fürsten H. Wilbelm Ertzbischoff zu Kölne, die sprachen: sint dem mal und wir ouch ein Kurfürst weren. wir solten einen andern Fürsten das Gericht und den Stab an unser Stat anhelben, und solten uns mit Inum die egenante Sache gesprechen, was unser und aller Kurfürsten Recht, Freyheit und Gewonheit wer. So sazten wir an unser Stat den hochgeborn Wladislaven Herzogen zu Teschin und gesprochen uns, und kommen wider fur Gericht und fur den Herzogen von Teschin, der an unser Stat saz. Der froget uns der Orteil, da heten wir uns bekant und bedacht von solchen Rechten Friheiten und Gewonheiten, die ein ichlich Kurfürst hat von weger der Kur des H. R. Richs, das kein vnfin Man nyndert Recht tun sol, dann fur uns oder vor dem Kurfürsten, des Mann er ist. Und also ward mit rechter Vrtheil gewiset der obgenante von Spanheim fur den egenanten Ruprecht Pfalzgraf bie Rine. In his similibusque exemplis euenit illud, quod a moribus Germanorum alienum non est, u) Iudicem Curiae iudicem fieri in causis, imperatorem ipsum concernentibus, ltesque inter Vasallum & dominum iudicari in curiarum procerumque imperii sub moderamine iudicis curiae, ab imperatore constituti. Ex quibus facile est ad intelligendum, quo sensu apud veteres Comes Palatinus iudex imperatoris appellatus sit, x) quoue sensu in Aurea Bulla c. V. consuetudine introductum esse dicatur, vt Imperator de causis, de quibus imperitus fuerit, coram comite Palatino Rheni respondere debeat, y) quippe quod non nisi de iudicio accipiendum est,

u) Vid. FRID. ES. PUFENDORFIVS intr. de iurisdic. Germanica P. I. c. III. §. 40.

x) In iure Prov. Sax. lib. 3. art. 52. Et iure feud. Alem. c. 42. §. ult.

y) IO. FAC. MASCOV de paribus curiae §. 22. Virill. 10. GE. ESTOR de iudicio principum Sect. III.





est, quod in curia parium Procerumque imperii, Palatino partes iudicis curiae sustinente, exerceri solebat ex veteri iudiciorum more.

Sed in his subsisto & ad eum mea transit oratio, cuius honoribus praefandum fuit, ad

VIRVM GENEROSISSIMVM

HENRICVM DE DOERING

LVNEBVRGICVM

CANDIDATVM IVRIS DIGNISSIMVM

de cuius splendidis natalibus omnique vitae studiorumque laudatissime actorum ratione non rectius dixerò, quam Generosissimus Candidatus campse scripto complexus est.

Natus sum Luneburgi d. III. Decembr. MDCCXXXVII. patre Viro Perillustri ac Generosissimo LEONHARDO DE DOERING, hereditario Domino in Badau, Serenissimi ac Reverendissimi Holfatiae principis atque Episcopi Lubecensis consiliario status, quem summus rerum arbiter ad feros vsque annos supersistens servet atque incolumen; matre vero MARGARETHA DOROTHEA DE DASSEL, quam praematura morte a. MDCCXLV. mihi ereptam lugeo, eiusque memoriam desiderio non intermorituro nunquam non prosequar. Hi optimi parentes a prima inde pueritia omne studium eo contulerunt, ut priorum sacrorum principiis imbuerer, atque ingenua ac liberali educatione ad ea praefertim studia mature perducerer, quibus patriae aliquando prodesse licet. Hinc privatae informationi primum NICOLAI LVDOVICI BÖRNII, iurium candidati, iam ante





ante aliquot annos pie defuncti, deinde FRANCISCI REICH-  
 WALDI, Viri maxime reverendi, nunc ad aedes Sancti Io-  
 annis in patria Archidiaconi, me tradiderunt; quorum institu-  
 tionibus dexterrimis quum per aliquot annos vsus essem, ad il-  
 lustre patriae Gymnasium equestre accessi, ibique ab ore Virorum  
 Illustrium ac celeberrimorum IVGLERI atque GEBHARDI,  
 nec non summe venerandi REYSMANNI pependi. Deinde  
 privatis iterum institutionibus vsus sum Viri Clarissimi atque Con-  
 sultissimi ERNESTI LYDOVICI MÜLLERI, iuris vtriusque  
 nunc Doctoris, qui anno praeterito Heilbronnium evocatus,  
 iam archivo corporis equestris S. R. I. immediati pagi Offenwal-  
 denfis praesest, eodemque studiorum ac morum direttore atque  
 duae anno MDCCLVI. in celebratissimam ac florentissimam aca-  
 demiam Gottingensam concessi, atque ibi academiam Pro-Recto-  
 re regente Summe Venerabili FEVRLINO, in album studio-  
 rum relatus sum. Doctores tum temporis habui in philoso-  
 phicis & historicis scientiis Magnificum iam academiae Prorecto-  
 rem, Excellentissimum WEBERVM, atque Excellentissimum  
 ACHENWALLIVM; in iurisprudentia vero Perillustrem GE-  
 BAVERVM, Illustrem AYRERRVM Illustrem BOEHMERVM,  
 atque Excellentissimum BECMANNVM seniorem. Optimi de-  
 inde parentis iussu in patriam vocatus, privatis denuo institu-  
 tionibus Clarissimi MÜLLERI vsus, anno demum MDCCLIX. ad  
 hanc ipsam Gevgiam Augustam redii. Ab hoc tempore interfui  
 praelectionibus philosophicis Virorum Excellentissimorum HOLL-  
 MANNI & BECMANNI senioris. Ad sacra autem Themidos  
 me adplicaturus, haec maxime mihi contigit felicitas, ex ore sum-  
 morum Iurisconsultorum Perillustris GEBAVERI & Illustris  
 BOEHMERI vniversi fere iuris dogmata felicissimis sub auspi-  
 ciis haurire indeque fructus vberrimos; quorum insignia in me me-  
 rita,





sita, reliquorumque Virorum illustrium ac celeberrimorum, qui me favore suo ac beneficiis ornarunt, tacito quidem, sed grato sub pectore & nunc & omni tempore servabo. Audivi nempe Perillustrem GEBAYERVM in historia vniuersali ad Tacitum de moribus Germanorum, & ad Institutiones Iustinianas; Illustrem AYERVM in iure Germanico, ad historiam iuris, & ad iurisprudentiam Struvianam, eiusque exercitationibus disputatoriis interfui; Illustrem BOEHMERVM in pandectis, iure Canonico & feudali, ipsiusque interfui examinatio ad pandectas collegio; Illustrem PÜTTERVM in iure publico, historia imperii, & praxi imperii iudiciaria; Excellentissimum ACHENWALLIVM in iure naturae & Rerumpublicarum Europaearum, vt & rerum novarum politicarum notitia; Excellentissimum BECMANNVM seniore in iure naturae, institutionibus, & doctrina de actionibus; Excellentissimum CLAPROTHIVM in practicis institutis processualibus & relocatoriis; Excellentissimum ac Generosissimum DE SELCHOW in historia iuris; Clarissimum atque consultissimum HABERNIKELIVM in iure criminali. Absolutis hoc modo studiis meis, ab Illustri Iurisconsultorum Ordine summos in vtroque iure honores omni, qua par est, observantia petii, quos quoque, quod grata semper recordabor mente, mihi lubentes decernere haud sunt dedignati.

Nec dimittere ego possum GENEROSISSIMVM CANDIDATVM sine literarum virtutumque suarum elogio, qui ex perpetuis studiorum & diligentiae eius argumentis abunde cognoui, quam bene & laudabiliter confecerit academicorum studiorum rationes, quantoque ardore apud nos versatus sit in praeclearis animi dotibus cultu literarum & iurisprudentiae subigendis. His praesidiis instructus solennia  
C  
Ordi-





Ordinis nostri examina subiit, in iisque & in doctis ad selecta iuris vtriusque capita commentationibus, quantum in vtriusque iuris facultate profecerit, cum laude probavit, honorifico ordinis nostri iudicio ornatus. Iam in eo est, ut futuro die X. April praeuia ad c. 3. X. de appellatiomb. lectione cursoriata dissertationem auspicalem de appellatione in causis feudalibus sine Praeside sit tuiturus: quibus peractis decreti summi in iure honores merentissimo a me conferrentur. Istos autem actus ut MAGNIFICVS ACADEMIAE PRORECTOR CVM SENATV, ILLVSTRES GENEROSISSIMI NOBILISSIMIQUE CIVES, HOSPITES, COMMITTONES sua praesentia condecorare haud grauentur, quanta possum obseruantia diligentiaque rogo atque contendo P. P. Gottingae a. d. IX. April.

clöloccclxii.





ULB Halle  
004 327 837


3



f  
56











1762 4

ORDINIS IVRIDICI PRODECANVS  
GEORGIVS LVDOVICVS  
BOEHMER D.

VIRI GENEROSISSIMI  
HENRICI DE DOERING

LVNEBVRGICI

SOLENNIA INAVGVRALIA

INDICIT

PAVCA PRAEFATVS

DE

IVDICE CVRIAE FEVDALIS



GOTTINGAE

EX OFFICINA SCHVLTZIANA, Curante FR. ANDR. ROSENBSCH.

MDCCLXII.